

## A D L E C T O R E M.

thridates & Pyrrhus & Polycrates ille Samius, de quo tantum est fabularum, & Caesar & Pompejus & Augustus & tot alii veteres simul & hodierni principes, qui eos gestabant usque in admirationem. Hinc est, ut nostro tempore sint illa aestimatissima tum consensu omnium eruditorum, tum laudibus quas iis concesserunt pictores ac sculptores; quippe quum Raphael Urbinas, Iulius Romanus, Michael Angelus Buonarotus et Polydorus in tam exiguis exemplis repererint argumenta maxima artis suae. Ob quam causam quum semper fuerim cupidissimus huius sortis gemmarum, & possideam multas raras satis & excellentes, constitui participes facere amatores eruditionis et huius conceptus positus in otio valde huc opportuno, et aliquam partem satisfacere muneri meo Antiquarii, qui titulus cum altero Probatoris antiquitatum Roma et in Latio mihi supervenit ab summa Clementia Optimi et Sanctissimi Pontificis ALEXANDRI VII, eo in tempore, quo benignissimus aspectus stella eius respicit Christianam rempublicam, seque vertit prolixè ad virtutem et bonas artes. Ad cuius opera effectum fieri non debet, quin à me memoretur auctoritas Andrea Sacchii inter hodiernos pictores meriti laudes antiquorum, qui quum esset mihi amicissimus, me adduxit ad hoc suscipiendum, ita ut auxilium suum conferret simul ad picturam et sculpturam. Ego tamen huc usque exsequi illud distuli, quum difficile mihi esse comperirem invenire accuratum deformatorem, qualis fuit, in quem postea incidi Joannem Baptistam Galestruzzium, Pictorem Florentinum, qui per labores et progressus, quos habet in rebus antiquis, simul ad formam ex ipsis monumentis extrahendam, simul ad sculpturam omnia contulit, omnemque difficultatem vicit in augendis figuris ex habitu tam exiguo, ut vix visui pateat, servatis

et pro-